



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum S. Nicolai Episc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)

*gloriari nisi in Cruce.* Gal. 6. v. 14.  
S. Andreas fuit I. Discipulus Crucis;  
quia Christi. II. Apostolus Crucis, cu-  
jus elogium, & mysterium annun-  
cit. III. Martyr Christi, quia in ei  
mortem subiit pro Christo. Chappa  
Med. in festo.

**FESTUM  
S. NICOLAI Episc.**

**THESES.** I. Ut videantur ab hominibus. Matth. 6. v. 5. I. Esse bonum, & videri, res periculosa. II. Videri bonum, & non esse, res vitiola, & hypocrisia. III. Esse bonum, & non apparere, seu videri talem, conditio felix, & Humilium. Quod ultimum præstítit S. Nicolaus.

*Virtutes.* THESIS II. Ut sic exemplum virtutis, Ruth. 4. v. 11. I. S. Nicolaus sanctificavit jejunium adhuc interfans abstinendo à laete Nutricis Mercurij. Venerisque diebus. II. S. Nicolaus Eleemosinam absconditè tribuit modo


modo longè perfectissimo. III. S. Nicolaus inter trecentos octodécim Episcopos in Concilio Nicæno Sanctitate eminuit: qualis ejus virtus! durand. in Character. Sanctor.

THESES III. *Omnibus omnia fa-*  
*llius sum, ut omnes facerem salvos.* *Laus,*  
I. Cor.  
9. v. 22. S. Nicolaus erat Orpha-  
nis Pater, Patronus Viduis, Pauperi-  
bus & egenis Asylum, Malis Terrori,  
Bonis Amori, Populis Venerationi,  
Principibus Honori. S. Thom. à Villa  
Nova in Conc. de hoc Sancto.

THESES IV. *Fæneratur Domino,* *Usura,*  
*qui misereatur Pauperis.* Prov. 19. v. 17.  
Eleemosinarius fæneratur Deo; sunt  
autem Usuræ, quas apud Deum lucra-  
tur, valde differentes ab Usuris hujus  
mundi, scilicet I. Quoad Capitale. II.  
Quoad Lucrum. III. Quoad solutionis  
accelerationem. IV. Ac denique quo-  
ad benevolentiam solventis. Thomas Rei-  
na ser. 2. post Dom. 3. Quadrages.

THESES V. *Quinque talenta, ecce Contra-*  
*alia quinque,* Matth. 25. v. 20. Qui  
dam cum Mundo contrahunt, quidam  
cum diabolo, quidam cum Deo: &  
quod

quod mirandum est, aliqui malunt contrahere cum hominibus, acceptando quinque pro centum, quam cum Deo, acceptando centuplum pro simple. Cur quia non credunt Christo. Vieira Dom. 5. Quadrages. §. 4. Item in Conc. patr. 4. fol. 13.



## FESTUM IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. V. MARIÆ.

*Peccatum  
originale  
cur non  
contraxe-  
rit?*

**T**HESIS I. *Macula non est in II.*  
*Cant. 4. v. 7. Ne B. V. in Con-*  
*ceptione sua contraheret peccatum O-*  
*riginale, fuit I. Potentia Patris exeme-*  
*pta. II. Sapientia Filij redempta.*  
*III. Clementia Spiritus Sancti præven-*  
*ta.*

**THEISIS II.** *Non enim pro te, sed pri-*  
*omnibus haec lex constituta est. Esth. 15.*  
*v. 13. Sanctissima Virgo debuit ex-*  
*mi*